



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno DCCCLXXII. ad annum DCCCCIX.

**Parisiis, 1644**

Epistola CLXX. Ioannis Papae VIII. Ad Theodosivm Patriarcham Hierosolymitanvm. Excusat tardum legatorum eius reditum, per quos quaedam munera ad eum mittit, rogans vt pro se assidue Deum deprecetur.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15967**

venire procurent : quia nos aliis causis impediti, istas in partes modo, sicut dispositum habuimus, properare non possumus. Data vt supra.

## EPISTOLA CLXX.

## IOANNIS PAPÆ VIII.

AD THEODOSIVM PATRIARCHAM  
HIEROSOLYMITANVM.

Excusat tardum legatorum eius reditum, per quos quædam munera ad eum mittit, rogans vt pro se assidue Deum deprecetur.

*Reuerendissimo & sanctissimo confratri nostro Theodosio patriarchæ sanctæ Hierosolymitanæ ecclesiæ.*

**N**OTVM esse volumus sanctitati vestræ quia præsentis monachi vestri, Theodosius videlicet, Dauid, & Saba venientes Romam ad limina sanctorum apostolorum Petri & Pauli, demorati sunt ibi eo quod nos pro nostræ ecclesiæ causis & vtilitatibus Franciam perrexeramus. At vbi, Deo volente, reuersi sumus incolumes, eis ad vestram paternitatem reuertendi licentiam dedimus, per quos nimirum, causa caritatis, aliquam licet modicam beati Petri apostoli benedictionem fraternitati vestræ mandauimus. Quam petimus, vt pro Dei, & ipsius apostolorum principis amore, nostraque dilectione benigne recipiatis : quoniam nimia Paganorum oppressione grauati, plura, vt volebamus, dirigere non potuimus. Rogamus præterea sanctam vestram in Domino caritatem, vt in sanctis orationibus vestris nostri semper memores existentes, pro nobis preces Iesu Christo Domino nostro quotidie fundere alacri animo dignemini carissime frater. Data VI. Nonas Maii.